

CAP. III. I.

Si libertas suam patronum uxorem habere maluerit. Si quis autem libertam ducere voluerit, aut legitimam facere conjugem, cuiuslibet dignitatis existens, nuptialia conficiat documenta...

CAP. IV. I.

Et ita rebus & veritate toti efficiuntur, ut si cui etiam ex serviente muliere procreentur filii, & voluerit ille postea mulierem manumittere, & dotalia conficere documenta...

CAP. V. I.

Facimus autem novum nihil, sed egregios ante nos imperatores sequimur. Sicut enim Antoninus Pius cognominatus (ex quo etiam ad nos appellatio hac pervenit) ius Romanam civitatis prius ab unoquoque subjectorum petiit...

CAP. VI. I.

Quae igitur pro indulgentia subjectorum nostrae placuerunt clementiae per hanc legem, haec tua celsitudo cognoscens, nostris subjectis faciat manifesta per programmata propria & hic, & in provinciis...

TIT. VIII.

APUD QUOS OPORTET CAUSAS DICERE MONACHOS ET ASCETAS

Forum monachi, episcopale, ut hic: olim praefati vel praefati praetorio, & ita abrogatur lex 33. C. de episcop. 32. Monachus ab aliquo convenit, respondere potest per abbatem, vel per abbatem, vel per synodum communem, qui & Apocriarius...

Imperator Justinianus Augustus Memna archiepiscopo Constantino-politano, & universali patriarcho. PREFATIO.

Rem cognoscens non rectam fieri in hac regia civitate, communi lege existimavimus hoc moderi: sicutque quidem ab hac felicissima civitate: in omnia vero loca ea quae subiecta sunt...

CAP. I.

Propterea igitur sancimus, si quis quancunque habuerit causam cum aliquibus venerabilibus sanctimonialibus, aut facris virginibus, aut mulieribus omnino in monasteriis constitutibus...

CAP. II.

Communis igitur sit lex, habeatque custodiam & a gloriosissimis praefectis, qui per cunctas existunt dioeceses, & Illyrici dicimus, & Libyae, Italiaeque, & Occidentis totius, & gloriosissimis praefectis utriusque Romae, & magnificentissimo praetore populorum...

CAP. III.

Sciatis igitur qui praeter haec aliquid egerint: si quidem iudex sit qui talem proferre sententiam praesumpserit, quia ad administrationem repellitur tanquam divinitus contumeliam faciens, & poena x. librarium auri una cum officio suo multabitur...

RPILOGUS.

Hac valente lege si quis cum aliquo reverendissimorum monachorum aut virginum aut mulierum omnino facrum & in venerabilibus monasteriis habitantium habuerit causam...

TIT. IX. DE QUÆSTORE. NOVELLA CONSTIT. LXXX.

Imperator Justinianus Augustus Joanni gloriosissimo sacrorum praetoriorum praefecto, iterum exconsuli & patriarcho. PREFATIO.

Imper cum Dei auxilio omnem facimus providentiam, ut subiecti ab eius clementia traditi nobis illarum, & quod palatum laborum, reparare festinamus: insuper etiam administratum, quae castigatione quod inhonoratum est, mediocriter faciunt delicta, quale videlicet aliquid Praetores & populi in hac felicissima magna urbe, utilissimo ex ipso rerum experimento omnibus regiam hanc civitatem nostram habitantibus approbatum...

CAP. I.

Hec ad praesentem legem nos respicere procuraverunt, & ad singulum quod nunc a nobis bene novatum est: cui non piget nos de publico & athenas dare, & sufficientem etiam officium constitutere, & ex negligentia eius periculum relevare. Cingulo etenim & hoc accipiet, quaestoris imponimus nomen, sic enim & initio cum invenientes, (dicimus autem praefectis temporibus) Evrenatos, vocabant inquisitores ad hoc venientes officium. Voluimus autem cingulum habentes hoc, respicientes ad Deum, nostrumque timorem, & legem, requirere ad magnam hanc civitatem venientes, ex quacunque provincia sint, viros, sive mulieres, aut clericos, sive monachos, vel monachas, sive exterarum civitatum advocatos...

CAP. II.

Si vero aliqui sint agricola constituti sub domibus, & egentes, cibus ad hanc venerunt regiam civitatem: preparare possessores, cibus ad hanc venerunt regiam civitatem: preparare possessores, cibus ad hanc venerunt regiam civitatem: preparare possessores...

CAP. III.

Si vero neque agricola fuerit adveniens multoties, sed quidam forsitan alii, aut etiam litigantibus adversus alios & hic tardent, non quiescere, sed cum omni instantia iudices urgere cum festinatione eos contentionibus absolvere, & litibus liberatos remittere in suas civitates & provincias habitare...

citius dissonere, pro quibus illi huic magnae observant civitati, ad suas remittere patrias, aut omnino ex quibus venerunt locis omnibus precepto ad hoc privilegio, & fori praescriptione.

CAP. IV.

Si vero vitae occasionem aliqui aut lites non habentes, in hac sunt nostra civitate, ut propter victum, aut eo quod hic ad eorum desideria non sufficiat, iam etiam peccent, corporum eorum statum, qualis quis est inspicere: & si quidem valent eis corpora, potentes autem sufficere ad laborem sunt: si quidem servilia fuerint: cognoscere quorum sunt, & hos etiam invitatos servilia fuerint: cognoscere. Si vero liberi fortuna & ex aliquibus civitatibus aut provinciis orti, hos transmittere ad provincias ex quibus orti sunt.

CAP. V.

Si vero hujus terrae fuerint, & corporibus quidem validis utantur, vitae autem eis decens non est occasio: hos non frustra esse terra efficitibus, sed tradere citius eos operum publicorum attinet arboribus, aut ministerium, & praepositis panificationum stationum, & valent simul quidem laborare: simul autem alii & legem 27 ita ad meliorem mutare vitam. Si vero aliqui noluerint observare operibus quibus traditi sunt, hos seclari hac regia civitate: parcentes enim eis, hoc sancimus: ut non segnitie eos ad illicitos actus impellente, leges eos abripiant ad penas, nostris tradentes iudicibus. Laesos autem aut canitie graves, hos sine molestia esse jubemus in hac nostra civitate, aut pie agere volentibus adhibendis: & aliorum singulos interrogare qua venerint gratia: & inquisitis qua digna sunt super eis agere, ut non pigri hic sedent, sed competentia agentes, ad proprias revertantur provincias.

CAP. VI.

Si vero aliqui aut in hac habitantium civitate, aut etiam de foris venientium, inculpenter aliquos tanquam ab eis damnificati per occasionem forte eorum quae dicuntur sportulae aut etiam ex hoc lesionum: & dicant eos praeparari pro his nostras leges, aut etiam sine judiciali praeparatione admonitione eis offerre: quarene subfiliiter haec delinquentes, quoscunque fuerint dignitatis aut militiae, & sub quo constituti sunt cingulo, eosque simul quidem comprehendere: simul autem post probationes inmeritas secundum nostras leges exigere penas: nullo competentem eis iudicium defendere eos valente: & tam illas servare eos qui iniustitiam passi sunt, recipientes quae contra legem exacti sunt, quam penas nostras definitas constitutionibus superexigere: ac de eis referre, ubi persequenda danda.

CAP. VII.

Super hoc autem quicunque querelam suscipiunt falsitatis, seu quae vocatur falsa scriptura; in quocunque collegio, hoc requirere, & qui super his denunciatur, comprehendere, & post inscriptiones & probationes punire: sic enim huiusmodi audientiae damna potendum praesentem legem iudicem, & non iustam impetraverit providentiam, ut cogatur ad nos & ad semper imperium hoc denuncia-re: sciat aperte qui cingulum hoc assumit, quia ipse de suo red-det ea, et qui ab eo neglectus est male, quae decuerat cum a delin-quentur accipere, insuper & majorem indignationem nostram expe-rietur iuste, utpote nostras iustiones transcendere praesumens.

CAP. VIII.

Maxime autem omnium, qui hanc administrationem habet, & per-sonae hoc ponit studium puris manibus omnia agere, & ad ministratos habere non fardidos, neque turpi acceptioni paratos,

1 Adde Julian. num. 262. 2 Hinc sumpta est Authentica, Sed nova iura, C. de nupt. & Authent. Nova, C. de iure actor. 3 Olim dignitatem praepositorum patroni non poterant suas libertas ducere, & ita abrogatur l. i. ff. de iusticiariis l. 16. 23. 42. 5. l. 1. ff. de ritu nupt. l. 7. in fin. C. de incest. Novell. 22. cap. 10. 4 Olim non erant li-berati. Novell. 18. cap. 11. 5 Jul. num. 265. 6 l. 2. C. de comm. de manumiss. 7 Praetores, id est, iudices. 8 Non praesumitur pater velle ancillam suam li-beram facere, filios vero ex ea successores relinquere in servitute. 9 Argumentum a milite aliquo servili legante, ad eum, qui suorum naturalium liberorum matrem uxorem ducit, observari. 10 Aliud in pagano. l. 30. ff. de probat. l. 1. Cod. de necess. serv. hered. 11 Kai τραπεζοῦ ἀγορῆς, καὶ τραπεζοῦ πωλητῶν ἀγορῆς. Scribitur, ob nihil voluissent tanto donare matrem. Ita, & tantum illi voluissent auctarium largiri, Agriensis, alii πωλητῶν, acceptionem vocant. 12 Id est, Italia. 13 Jul. num. 264. 14 l. 17. ff. de statu hom. 15 Ad Antonino Pio omnibus ingenuis, qui in orbe Romano, concessum est τὸ τῆς Ρωμαίων πολιτείας: a Theodosio, τὸ τῶν παίδων δικαίωμα: a Justiniano hic, τὸ τῆς παλιγγενεσίας καὶ τῶν χριστιανῶν δικαίωμα. Ita effectum est tandem, ut sine specialis imperatoris necessitate, civis omnes facti fuerint: omnes jus liberorum habuerint: omnes liberi jus auctorum am-plexum & naturalium fuerint adhaerent. Sic solent plerumque boni principes alii alios, in subditis seipso iure regendis & beneficio adhaerentibus, superare. 16 Petronium nomen. 17 Omnes ingenui Quiritis facti ab Antonino. Rutilius Nomanianus, fecit patriam diversis gentibus unam. Prostat in iustis, te dominante, capi. Dumque offers vellei propositi conlocuti juris. Urstem fecit, qui prius orbis erat. 18 l. 1. Cod. de iure liber. 19 Id est, liberorum. 20 Id est, peti solent. 21 Theodosius, Junior omnibus ingenuis jus trium liberorum dedit. vid. l. 10. Cod. de iure liberorum. 22 Omnibus ingenuis jus Quiritium ab Antonino, sup. hic. liberorum a Theodosio: omnibus masculinis jus ingenuitatis, seu naturalium & auctorum annulorum a Justiniano datum est. ut hic. 23 Ut olim fiebat. l. 1. Cod. de iure aucto. annul. 24 De potestate huius constitutionis in tempore. Jul. num. 265. 25 XIII. vid. Colte. l. 1. ff. de i. 26. & ita anno 529. 26 Antono Quirio, iudex, error nactus potuit ex-tera R. Latina, quae Graecis est P, id est, e. adde quae scripta ad l. 6. C. de off. reditor. provin. 27 De monachis litigantibus. Index Regiae. 28 Sanctimonialis, Jul. Conf. 73. 29 Jul. mem. 266. 30 Mine sumpta est Authentica, Causa 33. C. de episc. & cler.

